



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. VIII. De Vacationibus, & Academiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

scientiam prælegendam, nullo loco certo frui debent, postquam promoti sunt.

3. Illis permittendi non sunt nisi exigui admodum sumptus; quare vetantur Convivia, chirothecæ &c. sed quemadmodum Societas gratis docet, ita & gratis promoveat. Immo universè cavetur, ne pro re ulla quisquam de Societate sibi, aut Collegio accipere permittatur. Quandoquidem præmium nostrum solus CHRISTUS Dominus, qui est merces nostra magnanimis. De qua Constitutione actum, ubi de Paupertate sermo fuit. Par. 4. Cap. 2. Sect. 1. Demum Provincialis est curare, ut prædictæ Constitutiones accuratè serventur. At ubi hæ non obstant, in Promotione ritus cujusque loci servetur. n

P. 4. c. 6. §. 17.  
& c. 15. §. 4.  
& E.

P. 4. c. 6 §. 17.  
& c. 15. §. 4.  
& F.

P. 4. c. 15.  
§. 4.

n St R. Prov.  
11.

SECTIO VIII.

De Vacationibus, & Academiis.

1. Saltem singulis hebdomadis dies unus à prandio quieti destinatus sit; in reliquis conferatur cum Provinciali, quis ordo in Vacationibus, vel intermissionibus Studiorum ordinariis sit tenendus. Ordo verò semel constitutus dierum, quibus docendum, & vacandum est, con-

Vacationum statuta sint tempora.

P. 4. c. 13. F.

A a 4 stanter

p St. R. Prov.  
35. 36.

q St. R. Prov.  
37. & St. Rect.  
19.

r R. Præf.  
inf. 7.

*Academia quid  
sit.*

s R. Acad. 1. &  
Præf. inf. 34.

*Quinam Aca-  
demici.*

t R. Acad. 1. &  
St. Rect. 2. 3.

u R. Acad. 5.

*Exercitationes  
petenda ex Re-  
gulis.*

stanter servandus. p Et quidem is decretum  
jam est in Ratione studiorum: complecti-  
turque Vacationes tam generales, quam  
particulares. q Illas autem, & maturè cog-  
noscere, & Magistris significare, ad Præ-  
fectum inferiorem pertinet. r

2. Vacationibus non temerè subduntur  
Academix, quod præcipuè harum exer-  
citationes diebus feriatis habeantur. Acade-  
mix nomine intelligimus cœtum Studio-  
rum ex omnibus Scholasticis delectum;  
qui, aliquo ex nostris Præfecto, conve-  
niunt; ut peculiare quasdam habeant exer-  
citationes ad studia pertinentes. s

3. Hoc ex numero omnes censentur,  
qui sunt ex Congregatione Beatæ Virginis,  
eo ipso quod in illam recipiuntur; & Re-  
ligiosi, si qui nostras Scholas frequentant.  
Ceterum, ubi mos tulerit, & Rectori vi-  
sum fuerit, alii etiam admitti poterunt. t

In tres fere Academies Scholastici partien-  
di sunt; ita ut in unam Theologi, & Phi-  
losophi conveniant; in alteram Rhetores,  
& Humanistæ; in tertiam omnes Gram-  
matici. u

4. Tempus conveniendi ad Academicas  
exercitationes, & harum descriptio, peten-  
da ex Regulis: quæ omnia distinctè tra-  
dunt; habenturque in Ratione studiorum  
pag. 161. &c.